



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fascicvlvs Sacrarvm Litaniarvm Ex Sanctis Scriptvris & Patribus, Romæ approbatus

Mayr, Georg


Avgvstæ Vindelicorvm, 1614

Pio Lectori S.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46547](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46547)



PIO LECTO-
RI S.

 Vam gratus sacrarum
Litaniarum Fasciculus
Serenissimi utriusq; e
Bauariæ Ducis Guliel-
mi, &c. curâ Monach j primùm ed-
tus, Romæque approbatus, pijs o-
mnibus acciderit, vel ex eo constat,
quòd pluribus in locis magno exem-
plarium numero, sæpiùs iam recusis,
nondum omnium desiderio satisfa-
cere potuerit. Cæterùm quia huius
libelli usu studiosa quoq; iuventus,
quæ in Societatis nostræ Academijs
atq; Gymnasijs versatur, mirificè de

AD LECTOREM.

ctari solet, quidam prudentes gra-
uesq; viri hanc plam animorum vo-
luptatem non modicè auctum iri ar-
bitrati sunt, si eadem Litaniæ Latinè
ac Græcè simul ederentur, Quam in
interpretationis opellam à me haud
inuito susceptam, mox insigni sua li-
beralitate, Ecclesiastici Ordinis vir
quidam primarius Augustæ com-
plexus est. Is enim cùm intellexisset,
huius libelli pretium, si è nostratibus
typographis quispiam novos utrius-
que linguæ typos in hanc editionem
suis sumptibus comparaturus esset,
multò maius futurum, quàm ut à re-
nuioris fortunæ adolescentibus cō-
modè emeretur; hosce novos ipse
typos non exigua impensa cura-
cos, pro suo in pietatis ac literarum
studia amore, tam huius, quàm alio-
rum libellorum Latinogræcorum e-

ditio

AD LECTOREM.

ditioni posthac (ut sperandum) instituendæ benignè donavit. Ex hoc igitur id quodque consecuturum est, ut eorundem libellorum exemplaria, à quovis non sine pretij compendio deinceps acquiri possint. Quod ut omnibus gratum, ita æquum fuerit, ut, qui id genus libellis uti volent, cuiusnam beneficium potissimum agnoscendum sit, grato animo mecum meminerint, Augustæ. 30. Aprilis.

Anno 1614.

*Georgius Mayr,
Societatis Iesu.*

